



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Quod uxores maritis obtemperare non debeant in his quae ab eis turpiter
petuntur cap. x

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

us autem is à quodam quo tempore potissimum esset
coeundum cum foeminis tunc inquit, quum te ipso in,
firmior effici uelis. Medici item nostri eum tantum con-
cubitum ducunt esse salubrem, qui uel raro, uel alternis
noctibus, siue per maiora interualla fiat. Scribunt iidem
de hac ipsa re curiosius multa, quæ satius duxi pertransi-
re, quàm lectorem uerbis superfluis onerare.

Quod uxores maritis obtemperare non de-
beant in his, quæ ab eis turpiter petun-
tur. Cap. X.

Illud uero prætereundum non est, at in primis cauē-
dum, ne alliciatur uxor blanditiis ad illicita: ne mi-
nus aut ui, aut dolis, indicatur ad perpetiendā nefas-
ria, quæ ut foeda factu sunt, ita & memoratu nefanda,
nec sane digna ut hic à me expressius proferantur. Et, n.
sunt quidam adeo impudentes, atque ita rationis, & hos
nefastis immemores, ut cōtra ius, fasq; misellas muliercu-
las blandis munusculis captent, atque eas sibi in omnio-
bus dolo malo morigeras, atq; obsequentes reddant.
Sunt etiam qui eas ipsas quum nolint: minis, uiq; cogāt
contra honestatem, & decorum inuitas sustinere. Ne qua
quam tantum iuris debet esse in uxores maritis, ut etiam
in his, quæ improbe, incestuose uel petant, mos sit illis ul-
lo pacto gerendus. Nam sicut uiris turpia, & obscœna,
quæ præ uerecundia pudet fari, imperare turpe est: ita
pari iure uxoribus foedis, ac turpibus maritorum uotis
parere nefariū. Corporis, enim pudicum usum uxores
maritis debent, non monstruosos, & præter hominum
naturam turpiter ex cogitatos concubitus: similiterq;
uoluptatem, quæ naturaliter in eis rebus inest, non præ-
posterat, atq; nefarias libidines, & quæ etiam in lupas
naribus à meretrice, non nisi grauate, & difficile impe-
trantur.